



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 21. Principium atque Illustrium obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII.
A. C. 1675.

§. XXI.

Principum atque Illustrum obitus.

Calmet Hist.
Loth. t. 3.
l. 37. p. 734.
Chron. Hist.
cont. l. 9.
tom. 3.

Postquam Carolus IV. Lotharingæ Dux
potissimum cum suis copiis Trevi-
rensem urbem unacum Crequio Fran-
ciæ Marefcallo ceperat, fœderatos,
ut cum victore exercitu in Lotharin-
giam moverent, adducere nitebatur,
spe autem dejectus, cum aliquot suo-
rum millibus eo contendit, Birkenfel-
dam profectus, ubi tamen morbo cor-
reptus, Alembaci ignobili Palatinatus
inferioris vico die decima octava Sep-
tembris anno ætatis suæ septuagesimo
secundo (*), decessit, Confluentiæ
(**) in valle in Templo PP. Capuccino-
rum

(*) Brietius illum septuaginta quinque, P.
Wagner septuaginta annos natum scribunt,
ast illos falli, demonstrat feralis inscriptio
ejus tumulo apposita, ubi hæc leguntur: In
hoc feretro latet corpus Caroli IV. Lotharingæ
Et Barri Ducis, qui profligatis Gallis, Et vi-
occupata Treviri, ultimam clausit diem in Al-
bacensibus castris 18. Septembris Anni 1675.
annum agens septuagesimum secundum: Vixit
re ipsa nonnisi septuaginta & unum annos,
Menses quinque, & sexdecim dies.

(**) Rursus idem P. Wagner hallucinatur,
dum

rum sepultus. Princeps erat, quo sua Sæc. XVII.
 ætate nullus alius ab adversa fortuna A. C. 1675.
 acerbius fuit jactatus, nullus autem
 æquius leviusque iniquæ fortis mala
 tulit, nec unquam a calamitate immu-
 nis exstitisset, nisi eam vix sentire, at-
 que adversam prosperamque fortunam
 ad suam temperiem, mores & consilium
 accommodare diu didicisset: Ingenio
 erat libero, animo intrepidus, nun-
 quam armis debellandus, si hostem
 potentia & numero parem habuisset:
 Primum a Richelio Ducatu, postea ab
 Hispanis libertate, ac demum a Gal-
 liarum Rege rebus omnibus, excepta
 libertate, exutus fuit, receptus a mul-
 tis, a nemine autem serio & ultra ver-
 borum officia in æquissima sua causa
 defensus: unde ætatis reliquum aut in
 castris,

dum Carolum Ducem Berncastellæ sepultum
 scribit; hoc enim anno ejus Cadaver in Tem-
 plo PP. Capuccinorum in Valle prope Con-
 fluentiam in medio Sacelli Lauretani tumu-
 latum, ibidem per annos viginti quatuor quie-
 vit, Anno autem 1701. retro Altare ejusdem
 Sacelli honorifice repositum, Anno 1717. in-
 scio, multumque indignante Electore Trevi-
 rensi unacum sex argenteis Candelabris, lam-
 pade, corona & sceptro a quibusdam Aulæ
 Lotharingicæ Ministris in Lotharingiam ad
 Sepulcra Majorum suorum translatus est.

Sæc. XVII. castris, aut in variis Principum aulis
A. C. 1675. pro commendicandis auxiliis misere contrivit, eo egestatis redactus, ut deficiente ære, suis militibus rapiendi licentiam facere, & unico equo, famulo, & coquo contentus vivere cogeretur: quocirca in ultimo suo testamento non nisi de pecuniis, quas alii eidem debebant, necnon de suppellectile sua & quodam adamante, quem suo S. Scapulari affixum habebat, disponere poterat. Successorem habuit ex Francisco Fratre suo Nepotem Carolum V.

Obiit etiam die duodecima Junii Augustæ Taurinorum Carolus Emanuel Sabaudix Dux, qui ob morum comitatem, cunctasque, quæ Reges ornant, virtutes ab omnibus in summo existimationis & affectus pretio habitus est: Taurinensem urbem plurimum ampliavit, erexitque Nobilium Academiam, variaque tum ad Aulæ splendorem, tum ad plurium urbium securitatem exstruit, ampliora adhuc præstiturus, nisi fato nimis præmaturo & nondum expleto quadragesimo primo ætatis anno sceptrum cum vita ponere coactus fuisset: reliquit Filium Victorem Amadæum, sed adhuc Regiminis imparem.

Deplorata etiam morte Mense Januario decessit Venetiis nonagenario
 major

major Dominicus Contareus hujus ^{Sæc. XVII.}
Reipublicæ Princeps, cui a Senatu ^{A.C. 1675.}
suffectus est Nicolans Sagredo Eques.

Pariter hoc anno vitæ finem fecit
Matthæus Ferdinandus a Bilenberg
Archiepiscopus Pragensis, qui succes-
sorem nactus est Joannem Fridericum
Comitem de Waldstein: idem fatum
hoc anno subiit Lotharius Fridericus
de Metternich Moguntinus Archiepi-
scopus atque Elector, in cujus vicem
Dominus Hartardus de Layen electus
est. Denique naturæ debitum solvit
Joannes Hartmannus Episcopus Her-
bipolensis nonnisi biennio sui Episcopa-
tus exacto, cui hoc anno subrogatus
est Petrus Philippus a Dernbach Epi-
scopus Bambergensis.

§. XXII.

Synodi Monasteriensis Decreta.

Hoc item anno Christophorus Ber- ^{Concil. Ger-}
nardus a Gallen Episcopus Mona- ^{man. t. 10.}
steriensis duplicem rursus Synodum
Diæcesanam die vigesima sexta Martii
& aliam Mense Octobri celebravit: in pri-
ma præter alia statuit, ut in omnibus
Ecclesiis Parochialibus Missæ in diebus
Dominicis & festis, statis horis celeb-
rentur, sub Missa piæ cantilenæ can-
tentur, in prima Missa Evangelium
præ-